

TABVLA
RECITATIONVM
IN
ACADEMIA LVDOVICIANA
PER SEMESTRE HIBERNVM
A DIE XV. OCTOBR.
CIOCCCLXXXVII.
INCHOANDARVM.

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
**D. LVDOVICVS BENIAMIN
OUVRIER**
CVM SENATV.

De praelectionibus encyclopaedicis, quas iamiam anno 1702. *Io. Chrift. Lange* in Academia nostra singuliari quodam Programmate proposuerat, in præfatione tabulae lectiones aestiuas exhibentis differuimus. Idem ille *Langius* quum anno 1706. Principibus Hassiacis, qui tum in Academia nostra litteris vacabant, yniuersac eruditio[n]is ambitum adumbrare iuberetur, Prolegomena quaedam ad Encyclopaediam spectantia in libro edidit, quem inscripsit: *Protheoria eruditio[n]is yniuersae, oder, Fragen von der Gelehrsamkeit der Menschen insgemein, zu besondern Dienst und Nutzen der studierenden Jugend; wie auch zum Bebau und Fundament seiner akademischen Praelectionen, ordentlich verfaßt und gründlich bearbeitet von J. C. Lange, Gießen bey Mueller, 1706., p. 492., 8.* Proocinium de necessitate talis protheoriae, caput primum de definitione nominali eruditio[n]is, secundum de eiusdem definitione reali, tertium de existentia, quartum de materia, quintum de causa efficiente, sextum de causa impellente, septimum de fine, octauum de norma & exemplari, nonum de forma, decimum de partibus, vndecimum de gradibus, duodecimum de adiumentis, decimum tertium de contrariis, decimum quartum de effectibus, decimum quintum de fortuna & fato, decimum sextum de criteriis, decimum septimum de exemplis & testimoniis, decimum octauum de similibus, decimum nonum de attributis, vicesimum de speciebus eruditio[n]is, vicesimum primum de quatuor eruditiorum classibus, vulgo facultatis, ultimum denique de fructibus, quos homines singuli e scientiis percipere queant, agit. Secundum morem isto tempore receptum *Langius* in hoc libro erotematis usus est, stilumque Germanicum peregrinis vocibus sapissime inquinavit. De necessitate, diuisionem eruditio[n]is in varias scientias certo quodam fundamento firmandi *Langius* ita persuasus fuit, vt non solum de partitionibus aliorum iudicium tolerat, sed etiam ipse nouam aliquam diuidendi rationem studere ausus sit. Diadicatis enim illis, qui theologis disputationes de bonis aeternis, reliquis omnibus meditationes de bonis terrenis, & quidem iureconsultis contemplationem bonorum fortunae, medicis bonorum corporis, philosophis bonorum animi assignarunt, refutatis illis, qui theologis oeconomiam salutis, iureconsultis iustitiam, medicis sanitatem, philosophis sapientiam tuendam tribuerunt, *Langius* ipse finem primarium eruditio[n]is studium esse docet, homines cum voluntate divina conformandi, ita, vt Theologia verum Dei cultum, Iurisprudentia cultum moralem hominum, Medicina cultum naturalem rerum cretarum præcipiat. Philosophiae partes esse putat animalia ad illa præparandi, ideoque eius esse cultum, quem *idonealem* appellat, contendit. Philologiam & Historiam cum Philosophia ita coniungit, vt illam ad Philosophiam instrumentalem, hanc ad Philosophiam ex-

perishentalem referat. Schema quoddam classum, in quas artes mechanicae secundum eius opinionem segregari possunt, p. 653 - 655, delineavit. Definitio *Encyclopediae*, quam promulgit, perfecta satis & accurata, haec est: Ein kurzer und systematischer Begrif von allen Theilen der Erudition, und der dahin gehoerigen Disciplinen, welcher dazu dienen soll, dass man nicht nur die Natur und Absicht einer jeden Disciplin an sich daraus erkenne, sondern auch den Zusammenhang und gemeinschaftliche Verbindung ihrer aller daraus abnehmen, und uebersehen koenne. — Protheoria ista *Langii* tuic temporis a viris doctis tantis plausibus excepta est, vt etiam in aliis Academiis plures Professores eam in praelectionibus adhiberent, v. c. ICtus Altiorinus Roetenbeo. *Christianus Junker* 1714. eam in epitomen tabulasque synopticas, quas Lineas primas eruditionis vniuersae appellauit, rededit. — Maiora deinde *Langius*, quin iam Idsteinain abiisse, molitus est, atque id potissimum egit, vt societas quaedam plurium eruditorum vnitatis viribus omnes omnium scientiarum libros inspiceret, quae explorata in illis & utilia inuenierit, in aphorismos breviores contraheret, cosque *Opus recognitio- num vniuersalium*, seu *Index vniuersalis scientiarum*, seu *Historia eruditionis vniuersae* inscriberet. Quod quidem consilium *Leibnitus* ipse comprobauit, vt litterae eius ad *Langium* missae te- stantur. Primam eius rei notitiam cum eruditis communicauit commentatiuncula, quae in- scripta est: Eines um das gemeine Beste redlich bekennmerte Anonymi hoechst noerbig erfundene Betrachtung von dem gesantten Wesen der menschlichen Gelahrheit, 1716. 4to. Quum vero singulos talis societatis sodales, ipsumque eius antistitem salariis largioribus incitare atque remunerari cuperet, sumtusque ad eam rem necessarios tantos esse perspicaret, vt ab uno prin- cipe priuatoue vix impendi possint, omnes, quibus eruditio curae cordique sit, ad pecuniam in commune conferendam hortatus est scripto quodam: Besondere Adresse, auch Vorschlag und Bitte an einige Freunde, Goenner, und Patronen, 1716. 4to. Tantae pecuniae indigens institutum illud docet, vt quotannis 19586. Floreni erogari possint, quam pecuniae summa quomodo symbolis conferri posse crediderit, miramur. Perpanci re vera innuenti sunt, quibus impensam in eam rem facere liberet, id quod *Langius* ipse narrauit in libello: Sum- marischer Bericht, betreffend ein gemein erspriesliches Vorhaben, 1719. 4to., in quo etiam no- men societatis indicavit, quam quidem *Societatem recognoscientium* appellare decreuerat, ad imitationem aliarum societatum, quae tunc in Germania vigebant, v. c. *Societatis Disquiren- tium*, quae Jenae autore Io. Andr. Bosio 1612., & *Societatis Scrutantium*, quae Kiloniae 1699. instituta fuerat. Iterum *Langius* anno 1720. conatus suos eruditionis commendauit ampliori libello: qui inscriptus est: Ausfuehrliche Vorstellung von einer neuen und gemein ersprieslichen An- stalt, welche unter Hochfuerstlich Nassauischen Auspiciis, unter dem Namen einer Societatis vniuer- salis recognoscientium gewisse Acta Eruditorum recognitionum nach und nach herausgeben will, Idstei- niae 1720., 4to. Minores illae commentationes huic libro inseruae sunt, additumque speci- men, in quo obseruationes quedam selectae ad ipsam introductionem in eruditionem vni- uersam pertinentes continentur. Etsi labores illi omnes in irritum ceciderint, ardori tamen viri eximius, quo rem tot difficultatibus obstructam suscepit, laudem meretur omnium, qui iustum tali opera pretium statuere possunt. Quamuis amor litterarum, *Commilitones aestu- marissimi*, plerunque non iis praeceps ornetur, quibus dignus est, tanta tamen omnes, qui eo flagrant, suauitate oblectat, vt lucro aliisque fortunae donis aequo animo careant. Com- plures *Vestrum* non tam de pane lucrando, quam de mente excolenda, rerumque utilium cognitione acquirenda sollicitos esse nouimus. Quare tam *Encyclopaediae vniuersalis*, quam singularum scientiarum omnium, quae ad eruditionem referuntur, praelectiones hac in ta- bula oblatas Vobis multis verbis commendare superuacaneum est.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORGIVS BECHTOLD hora VIII. partem theologiae dogmaticae alte- ram, duce ven. Doederlein, praeleget. Hora VIII. Ven. Titmanni theologiam moralem integrum interpretabitur. Hora XI - XII. Canonem apostolicum, vna cum apocalypsi nuper absolutum, denuo interpretabitur, initium commentationis ab epi- stolis ad Romanos, & Corinthios factus. Paratus quoque erit ad collegia exami- natoria & exercitia catechetica.

D. LUDOVICVS BENIAMIN OUVRIER h. VIII - IX. Theologiam dogmaticam duce Seilero docebit. IX - X. Theol. moralem ex Lessio proponet. X - XI. histo- riā ecclesiasticā N. T. enarrabit ad Mosheimii Institutiones. Duabus per hebdo- madem diebus h. XI - XII. examinatorum in theolog. dogmaticam habebit cum Dm. Auditoribus suis. Post meridiem hor. II - III. diebus Lunae & Iouis offert homileticas exercitationes.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VIII - Theologiam moralē ex TITTMANNO (Edit. II.) praecepit. Hor. IX-X. Epistolas Pauli breuiores ex GRIESBACHIANA textus recensione interpretabitur. Hor. X-XI. exercitationes catecheticas, filium libelli NIEMEYERIANI: Entwurf der wesentlichen Pflichten christlicher Lehrer, nah den verschiedenen Theilen ihres Amts, Halae 1786. sequuturus, instituet.

LECTIONES IVRIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH hor. IX & XI. Pandectas ex HELFELDIO, hor. X. ius Canonicum e BOEHMERO, hor. II. ius Criminale e compendio suo tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Priuatim Hor. VIII-IX. Ius publicum S. R. I. PÜTTERO, Hor. II-III. Ius Germanicum priuatum SELCHOVIO praeente tradet. Hor. III-IV. Processum summorum Imperii tribunalium docebit, PÜTTERI Epitome usus. Publice, Ius mercatorum & cambiale ex libris suis tradet; nec iis deerit, qui praelectiones encyclopaedicas sive introductorias in vniuersum studium iuris desiderant. Scholas elaboratorio-practicas denuo aperiet.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP hora I-II. historiam Imperii R. G. enarrabit ad filum PÜTTERI. Hora III-IV. ius feudale duce BOEHMERO tradet. Ius priuatum principum binis per hebdomadem horis proponet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER. Publice singulis diebus mercurii hora V-VI. ad lib. 49. D. de appellationibus commentabitur. Eadem hora singulis diebus veneris collegium disputatorium in usum selectissimorum auditorum gratis aperiet. Priuatim hora VIII-IX. praelectiones ad Heinecii elementa juris ciuilis secundum ordinem institutionum instituet. Hora X-XI. historiam iuris duce SELCHOVIO docebit. Hora XI-XII. principia iuris naturae & gentium filum libelli ill. HOEPNERI sequuturus, tradet.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. WILH. BAVMER, Medic. Prof. primar. hor. IX. antemeridiana chemiam practicam, ad sua praecepta, typis prostantia, tradet, atque experimenta chemica diebus consuetis, in laboratorio suo, rite instructo, diligenter & accurate instituet. Hor. X. In utriusque medicinæ Studiosorum commodum, Io. Zach. Platneri institutiones chirurgiae rationalis dilucide explicabit. Hora XI. Doctrinam de morbis chronicis pathologico-therapeuticam, ad sua praecepta, breui in lucem sensim proditura, ut praticus medicinae veteranus, viribusque adhuc validus, proponet. Praeter ea ad quamcunque historiae naturalis & medicinae partem tradendam, eas possentibus, bene instructus, paratusque erit.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. VIII-IX. Physiogiam praeente Metzgero, h. IX-X. Anatomiam theoreticam duce Plenckio explicabit. Anatomiam practicam horis consuetis docebit. Alia desiderantibus haud deerit.

D. CAROLVS. GVILIelmvs CHRISTIANVS MÜLLER, priuatim h. I-II. Philosophiam naturalem, Beccanno praeente, docebit. H. II-III. Pharmaciam ex breuiario cl. Rezii, sub perpetua formularum dispensatoriorum pharmac. visitatorum comparatione & virtutum medicamentum ibidem traditorum commemoratione, perfectetur. Priuatissime h. III-IV. Therapiam specialem continuabit. Nec denegabit iis officium suum, qui historiam naturalem addiscere, vel in chemia mechanica & oeconomica exerceri cupiunt.

LECTIO.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM, Log. Met. & Mathem. P. P. P. Bibl. Acad. Praef. Hora VIII.
logicam, h. IX. *metaphysicam* secundum propria compendia h. II. *mathesim puram*,
 h. III. *applicatam* vel *algebram* docebit ad ductum compendii *Wolfiani*. Bibli-
 theca consuetis temporibus patebit.

D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Poet. & Eloqu. P. O. Publice
 Hor. V - VI. *Encyclopaediam* scientiarum omnium e libro suo: *Abriss der Gelehr-
 samkeit* tradet. *Priuatum* Hor. II - III. *Antiquitates Romanas* duce *Rullmanno*
 enarrabit. Hor. III - IV. nonnullos *Taciti* libros, vel, si auditores malint, *Iu-
 uenialis* satiras explicabit. Hor. IV - V. *Aestheticae* elementa praeente *Riedelio* do-
 cebit.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Hist. P. P. O. Historiam *uniuersalem* Hor. XI.
 Historiam *Europae* hor. X. ad Compendia sua; Historiam *ecclesiasticam* ad Comp.
 Schroeckhianum hor. III. Philosophiam *moram* hor. IV. ad Comp. proprium doce-
 bit, ad alias praelectiones historicas v. g. in Imperii R. G. Procerum historiam pa-
 ratus.

GVIL. FRID. HEZEL, Philos. D. LL. OO. & Antiqq. Sacrr. P. P. O. Hor. X - XI.
 Sexies per hebdomadem *leges grammaticas Hebraeorum* docebit, e libro suo *minori*,
 hoc ipso anno typis exscripto (*Kuerzere Hebraeische Sprachlehre*); large addita
 praxi analyticâ. — Hor. XI - XII. interpretabitur praestantissima *Psalterii* carmi-
 na. — Ad docendas alias dialectos orientis populorum paratissimus.

D. AVG. FRID. GVILIEL. CROME, Oecon. ac Politic. P. P. O. *Politices & Po-
 litiae* praecepta, hora III. ad *Achenwallii* librum, (*Staatsklugheit*, &c.) omni fide ac
 industria tradet. Hor. IV. *Statisticam* — ut dicunt — *civitatum earum*, quarum
 notitiam *altera pars* compendii *Achenwallii*, ex recensione *Schloexeri* & *Sprengeli*
 sifit, diligenter docebit. *Geographiam politico - cimeralem* *praecipuorum Euro-
 pae regnorum*, horis, Auditoribus commodis, proponet, filium libelli *Fabri* se-
 quuturus. — Ad praelectiones denique in *Technologiam*, & in *rei mercatoriaie*
Scientiam, (*Handlungs-Wissenschaft*), nec non in *Historiam rerum publicarum*
Europ. mercatura celebrium, — (*Handlungs-Geschichte der vornahmsten europ.*
Staaten) — quam maxime paratus.

GEORG. FRID. WERNER hor. VIII - IX. Architecturam ciuilem oeconomicam.
 H. X - XI. Geometriam practicam docebit. Ad *Mathesin puram* & *applicatam* quo-
 que paratus.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IO. FRIDER. ROOS Philos. D. & P. P. E. O., h. VIII - IX. *historiam uniuersa-
 lem* h. JV - V. *historiam Europaeam* enarrabit. *Isocratis Panegyricum* e secunda
 editione Mori interpretabitur hora Auditoribus commoda; nec non scholas priua-
 tissimas desiderantibus aperiet.

Præter ista Generafissimis Nobilissimisque Cigibus de luculenta equirandi, pugnandi gladio
 saltandique palestra, *Anglice*, *Gallice* & *Italice* linguae scholis, per magistros corum
 peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.